



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CLXXXIX. De Vastatione territorii Kimenow terrae Sudovviae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hartmannus C. de Heldrunge VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.*

- (d) Welfas habet Jeroschimus. *Auctor Chron. Germ. modo citatus* dicit Welfam das nu Pappau ist genant. Ipse Dusburgius infra cap. CCLVI. habet Welfais.
- (e) Tevernige habent alii antiqui Scriptores.
- (f) Castrum Clementis, alias dictum Clementsburg/ hodie Clementsfahren. Traiectus est ad Nogaalum amnem, duobus miliaribus à Civitate Elbinga, in ditione ejusdem civitatis. Dn. Zamelius.
- (g) Dn. Zamelii Chronicon M. S. Germanicum antiquum, duo millia puerorum capta fuisse, refert.

### CAP. CLXXXVIII.

*De*

#### *Bello Sudowitarum, & de bello finali terra Pruschia.*

Expugnatis favente Domino Jesu Christo cunctis gentibus terra Pruschia, restabat adhuc una & ultima, scilicet Sudovitarum, & potentior inter omnes, quam fratres non in humana virtute, nec in pugnatorum multitudine, sed in divinae protectionis auxilio confisi, viriliter sunt aggressi. Attendentes, quod non solum caput & alia pars corporis, sed etiam cauda hostia secundum præceptum divinum in sacrificio jubetur offerri. Ut ergo fratres hostia suæ finem consumationis opponerent, in ceperunt bellum contra terram Sudovia in hunc modum.

### CAP. CLXXXIX.

*De*

#### *Vastatione territorii Kimenow terre Sudovia.*

Fra-

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Tenton.  
 Conradus à Tierberg IX. Mag. Prov. in Prussia*

**F**rater Conradus de Tierberg Magister & plures fratres cum mille & quingentis equitibus intraverunt terram Sudovvix, & territorium quod dicitur Kimenovv, depopulati sunt, & præter occisos, quorum multi fuerunt, mille captivos homines, cum spolio aliarum rerum ferè innumirabili deduxerunt. Sequenti die dum exercitus Fratrum redeundo venisset ad Sylvam, quæ dicitur Winse, Sudovvix cum tribus millibus virorum Electorum secuti sunt eos, quos Fratres cum suis viriliter invadentes occisis multis & lethaliter vulneratis usque ad terræ ipsorum introitum fugaverunt. In hac pugna de exercitu Fratrum nisi sex viri ceciderunt interfecti, alii salvi sunt reversi.

CAP. CXC.

*De*

*Deprædatione terræ Poloniæ.*

**H**oc tempore Lethovinorum exercitus validus intravit Poloniam & vastatis Briscensi & Dobunensi confiniis per incendium & rapinam, tantam stragem fecit in populo Christiano occidendo & captivando, quod numerum eorum nemo potuit veraciter æstimare.

CAP. CXCI.

*Ad idem de morte octingentorum Lethovinorum.*

**N**on longe postea octingenti viri equites de Lethovvia destruxerunt in parte terræ Poloniæ, quæ dicitur Rersavv X. villas, & occisis multis Christianis cum magno spolio recesserunt.

Mm 2

runt.